

mus, sed utrobique ad parvulam vix digiti dimidii altitudi-  
nem. Quamobrem ut & in his potentiatarum compositioni-  
bus, & in illius vesicariæ simplicis usu, effectus evaderet no-  
tabilior, plures unâ vesicas mediantibus fistulis ligneis inter se




Fig. 35.

firmissimè colligavimus, ut mutuis osculis inter se commu-  
nicantes flatum per supremam fistulam suâ valvulâ instru-  
ctam omnes exciperent, inflatæque simul omnes ac decurta-  
tæ pondus infimæ appensum per spatium toties multiplica-  
tum elevarent, quot ipsæ erant numero. Hoc pacto quatuor  
ejusmodi vesicis, interventu rotulæ Q & huic circumligati  
funis P Q R, alteri vectis ferrei brachio, nempe longiori R S  
decenter applicatis, porroque brevioris vectis brachio S T  
mediante aliâ rotulâ V cum trochleis X, Y, & his cum pon-  
dere Z 150. lb. ritè connexis, immissus per O aliquoties ite-  
ratus